

Debitor es multis, sed non vis solvere cunctis,  
causidicis solves, hinc fatuus levis es.

Causidico nil da, faciet nil ista chiragra,  
si se pro causa non movet, est podagra.

Incidet in medicum, quisquis quaerit sibi morbum,  
qui lites credunt, causidicos repetunt.

Et bona sit proavis siccus nunc ungitur axis  
causidicum mos est ungere ne taceat.

Postquam causidico solvisti sicut honesto,  
quod petit ad voces cantus ei tribues,

245

✓

Causidicis medicis, meretricibus, atque patronis,  
perpetuus si des creditor esse potes.

Integra causidico narranda est causa perito,  
ut morbus medico, crimina theologo.

Vis servare autem, fortunas, atque salutem,  
his tribus esto vigil, dissimulato nihil.

Cum reus est dives diterant munere lites,  
vincere dat dives, nil poterunt inopes.

Divitis hinc et opes formant iuri rationes,  
pauperis in vacuo, nulla valet ratio.

Profectum causae, causant plerumque stumena,  
lis cito se mutat, quando stumena sonat.

Munera post lites, veteres tribuere divites,  
munera praemittunt, qui mole iura petunt.

Lucraris lites pro iudice munera si des,  
iuris profectum saepe facit pretium.

Pet fas, atque nefas quaerit defudere causas,  
interea lussas litibus evacuas.

Insequeris frustra, quem lite moraris iniqua,  
consequitur nihilum livida turba suum.

Si quaeris quorsum pergit gallina? retrosum:  
sicut ego quaero: verba reponat homo.

Tic mihi sub cauda, quis te percussit alauda? 246  
responso caret frivola qui blaterat. ✓

Ut cessent lites, illudentem tibi vites,  
linque coaxe raris, frivola pro vetulis.

Pro re non facta, teneas iuranda coacta,  
cantabit quaevis, sicut habetur avis.

Non durant actus homo quos facit ipse coactus,  
ipse coactus amor nullus in orbe valet.

Te nihil invita dices, faciesque Minerva:  
perfectum tangit, qui sapienter ait.

Est indulgendum, quod non aliter faciendum,  
non salvat nota celceus a podagra.

Assemus nidum, si non invenimus ovum,  
cui non est vinum sollicitat rivulum.

Fac mala, dic multum, si te vis reddere stultum:  
taro pacifici, qui morbo multiloqui.

Nec domus est pacis dum regnat lingua loquax,  
lingua parat litem, virque tacens requiem:

Ex lingua stulta veniunt incommoda multa,  
garrulus insipiens, qui tacet est sapiens.

Os qui non claudit, quae non vult saepius audit:  
quicquid in orbe nocet, garrula lingua docet.

Si cupias pacem, linguam compesce loquacem,  
litis amabit onus multa loquens socius.

Verborum lites, linguarum dant modo vices 247  
paci quidquid obest lingua parare potest.

Pauca velit fari, qui vult urbanus amari,  
nullus, qui tacuit se sua prostituit.

Dico prudentes homines non multa loquentes,  
plurima quisque loquens, fit sibi saepe noleus.

Idcirco minimum fateri, turbator adesse probatur,  
paucula qui sapient garrulitatis habet.

Raro credatur tali, qui plurima fateri,  
est passim mendare, qui morbo multiloquax.

Irritare canem noli dormire volentem,  
irritans proprium provocat interitum.

Litis praeteritae noli maledicta referre,  
nam dat maiores, lis recidiva lues.

In patria nostra plus foetent sterora mota,  
non moveas causam iam tibi praeteritam.

Causat maiorem, qui vult renovare dolorem,  
nec fiet factor lis repetita minor.

De rebus minimis fit saepe molestia grandis,  
glande datur quercus, de nuce fit Corylus.

Ante fuit vitulus, qui nunc fert cornua taurus,  
ex parvo puero saepe fit altus homo.

Sola scintilla perit haec domus, et tuit illa  
ex minimis verbis rixa paratur heris.

Excrescant steriles obiecta placentia mentes,  
inflant et nocuis corda superba notis.

Se cumulat rixis, qui non vult cedere dictis,  
non cedens ignem dat lapis ad lapidem.

248

✓

Præcedit tonitrus, sequitur mox fulminis ictus,  
durus cum duro iurgia nutrit homo.

Esse solet rarus sine litigio vir avatus  
ne quid ei perest, iurgia multiplicat.

Spertnet litigium, qui se cupit esse benignum,  
per multas lites, fit sibi nulla quies.

In propriam messem debemus mittere falcem,  
non quadrat, quod sibi nemo locat.

Contentus propriis, non causat iurgia litis,  
cui quod habet satis est, lite casere solet.

Quod licet id tentes, fraudes, et iurgia vites,  
non vult litigium cui placet esse probum.

Laudibus est dignus, qui non petit esse malignus,  
qui lites querit, nemo benignus erit.

Propter litigium tu noli perdere amicum,  
personae faveas, litibus ut noceras.

Non in personam sed in ipsam ius age causam,  
personam lauda, sed tua iura proba.

Idem bene rem scripsit, qui pro patre talia dicit.

Ausonius, litium non habuisse partem.

Litibus abstinui, non ausci, non minoravi,  
me nullus factus iudice, teste Corvus.

Tota quadrant cunctis, qui gaudent pace benignis,  
qui felice vixit, iurgia non habuit.

Si duo de mortuis rebus pronomina tollis,  
bellum non fiet, pace sine lite fluet.

Crescit litigium, bellum cunctis inimicum  
propter iram meum, propter iram tuum.

Taurini, 16. Martii  
1709.

← Sep al'au.

### Lusus ut opprobrium.

249

Cum plerumque luet, minimum qui ludere curat,  
a luo fors lusus dictus erat nocuus.

Raro lusorem potuit quis remere ditem:  
accipit, et tribuit, dum tribuendo rapit.

Ludentem semper vult Terto dicere Lueder,  
et sic, qui quaerit ludere, saepe luit.

Nunc ex natura lusus variat sua iura,  
lusum quis laudat, qui sua, se variat.

Ludit in humanis divina potentia factis,  
nam quaecumque extant, omnia se variant.

Tempus continuo nobis consumere ludo,

tempora namque piis sunt pretiosa nimis.

Ad lulum nullas fecit nobis Deus horas,  
sed datur officiis quaelibet hora piis.

Passim ludentes sunt in peccata ruentes,  
cur? quia, qui perdit vir, maledicta petis.

Lixidium, rixas causavit lusus, et iras,  
et multis multum protulit exitium.

Laepe furit ludens, vindictae fulmina mittens,  
luser, qui perdit, fulminis iustus erit.

Nil bonitatis agunt, dum sidera fulmina mittunt,  
nec luser perdens est bona perficiens.

Furtum committit, qui false ludere quaerit,  
luser decipiens, est male restituens.

Seuper post lusus cernuntur crescere luctus,  
nam sua, qui perdit tristis abire petit.

Dum luser perdit, furtum committere quaerit,  
tandem post furtum devenit ad laqueum.

Non sunt aequales lusus plerumque solales,  
unus enim certo perdere debet homo.

Sunt tamen aequales, luctum pariter cupientes,  
ut pariter ludunt, sic pariter cupiunt.

Esse solet sensus luseribus omnibus unus:  
finis, qui dirimit non tamen unus erit.

Unus fit ridens, alter mala fulmina mittens,  
ut lucra quis voluit, perdere sic doluit,

Omnes exosi sunt lusus sed nec honesti,  
in quibus immensus laeditur ipse Deus.

Ludi synceri sunt omni tempore veri,  
sicut habent noxas, qui maculant animas.

Ludere syncere quadrabit seuper ubique,  
sed lusus falsi sunt nimium nocui.

In cuncto ludo multo crescere vana Cupido,  
iurgia, vel moeror, sollicitusque dolor.

Si male luduntur lusus, blasphoema sequuntur,  
luser et iratos provocat ore Deos.

Hoopes erit pauper, quem nutrit tessera, et avar,  
seuper alit vilem tessera pauperiem.

Dives eras dudum, sed fecit te alea nudum,  
taxillos quaerens fit tibi seuper eger.

~~Lude taxillis bene respice quid sit in illis,~~  
Hic diphthongus refert creel!

250

187

Est fraus tacillis tua spes, tua res it in illis,  
te male confirmant, dum sua se variant.  
Ludens tacillis bene respice quid sit in illis,  
emungit bussam terra saepe tuam.  
Alea Iudaei fuerat quondam maledicti,  
hinc tacillorum lusus ut opprobrium.  
Credito Davidi, si credis, credito Psalti:  
peritibus in Chiro: lusa fuit Domini.  
Hinc David lusum per Psalmum damnat Hebraicum,  
et quem damnarat lusus Hebraeus erat.  
Est mos damnatus talorum diserte iactus,  
per nimios talos noscimus esse malos.  
Talis adstrictus se damnificabit ut Ius,  
talis namque solet perdere, quod quis habet.  
Vidi ego per talos iratos, atque nocivos,  
talos qui repetit pauper egenus erit.  
Tali multarum rixarum causa malatum,  
saepe dabunt enses, saepeque pernicies.  
Nulla salus talis queis mosca est perpetua,  
multi iam talis nam perire malis.  
Sunt in tacillis mala crimina tot, quot in illis,  
punctatim cernis si mea metro legis.  
Haec in tacillis ludendo crimina sumis, 251  
ecclesiam spernis, scandala saepe facis.  
Usurum nutris, vel fit blasphemia turpis,  
furtum committis, tempora nulla colis.  
Nobilitatem perdis, vel causas crimina mortis,  
falsa subinde facis, vel violenter agis.  
Vel desideris te mens stimulabit iniquis,  
vel si nil perdis, fors inimicus eris.  
Est alius lusus, qui pridem factus abusus,  
et plerumque viget, sicut aundo vixit.  
Est nimis arbutus meretricius undique lusus,  
luditur infauste cum meretricis ope.

24  
In batus portis meretricis est ianua mortis,  
pessimus est lusus per meretricis opus.

Omnis reversa meretricis est dicta Chymera,  
est cordis triplicis, triplicis et capitis.

Parte leo prima, media capra, anguis ad ima,  
omnis potatrice foemina fit meretricis:

Parte nec oblectet media meretricis, quia foetet,  
et languet medio res aliunde suo:

Anguis ad extremum quia porrigit omne venenum. ?  
Et quod quis mollet finis habere solet.

Balnea Cornici non prosunt nec meretrici,

Aethiopes gratis mundificantur aquis.

Nec meretricis fit aqua, nec cosmice alba sub munda,  
capturam muris non prohibebo satis.

Cum scorta scrophae veniunt cito non vocitatae,  
est sine sementis crescere Zizania. ?

Omnis stet fortis, nec det sua munera scortis,  
scortator hursam seipset habet vacuam.

Evitare picem debes simul et meretricem,  
seipset in albeuto, se maculabit homo.

Nam picem te tangit meretricis te fortiter angit,  
ut picem inquinat, sic meretricis maculat.

Scorto nemo placet, nisi dextram munere placet,  
seipset inert scortis pro dabitur dabitur.

Mos meretricis erit, quod seipset munera quaerit,  
nam sine donato non tibi dicit amo.

Idui vacuus fit re, meretricis hunc cessat amare, 252  
fit propter nummum foemina prostibulum. ✓

Est meretricis vere quovis mercabilis aere,  
quodlibet incautos fallere docta viros.

Nullt semel admisso meretricis effroena faceto,  
seipset fucatis fallere quemque dolis.

Cuncta elementa tuis concedunt pabula ludis,  
excipias ignem, vel meretricis opus.

Nam cum scintillis, ludit meretricius ignis,  
meris amboque per meretricis opus.  
Lusor aburivus sibi fit plerumque nocivus,  
vel perdit nummos, vel cupit esse dolos.  
L. pellis prurit, quanto plus scalpitur urit,  
cum solo solum vix solet esse malum.  
Vix, quem tormentat scabies, persaepe exulentat,  
qui nimium ludit pleruma damna subit.  
Ipsum lusus bonus est, ipsum dimittere fas est,  
ultra qui ludit, perdere lucra cupit.  
Ludo fallentes, qui lusum saepe sequuntur,  
ludens continuus non erit absque dolo.  
Raro doctus erit, qui multum ludere quaerit,  
alea nunc mutis non placet Aoniis.  
Damna reportabit, catulus, qui cum cane ludit,  
lusus inaequalis, non habet apta salis.  
Ipsum ludit fortis, vult vincere cuspide mortis,  
multo semper magis lusus oberse sati.  
Ludos si quaeres, nummos apponere debes,  
sunt sine spe luci nausea, crede mihi.  
Ludere qui nescit, lusum spectando quiescit,  
ignotans facinus pecco sciente minus.  
Ibi ludus versus bonus est, malus estque reversus,  
lusus ut exhiberet, peria non penetret.  
Ludos phletorum, dominorum, sive luporum,  
in toto mundo quisque cavebit homo.  
Nec bene luduntur ludi, quos saepe sequuntur  
peria, saepe dolet, cui male lusus olet.  
Veni sunt ludi, qui miscent utile dulci,  
laetus multo laetis pascere corda iocis.  
Ludo, sive ioco vir vera refert aliquando,  
fiunt ex docto saepius apta ioco.  
Lusus non civis, personis quadrat honestis,  
pauca enim poteris, lusor honestus eris.



In lusu admissus teneatur semper amicus,  
lusus amicitiam debet habere suam.

Non est fas lulum cunctis prohibere modestum,  
post solum lulum, lusus ut opprobrium.

Instabiles animi ludo prohibentes ab omni,  
hi nam quae cupient sponte sua facient.

Contigerat Budae: sic legi solus abunde,  
quod fuerit sociis alea grata nimis,

Hi duo taecillos multum tractando nocivos,  
heu! Superi, sortem quam docuere gravem

Pro Christo lulum nam luserat unus iniquum,  
Saemonis ad votum, luserat alter eum:

Pro Christo totum, qui luserat perdidit aurum,  
hinc Christum quaerit, quem furibundus adit,

Et mox effigiem, Christi dum cernit ibidem,  
projicit ad fontem, non modicum lapidem.

Heu! maledicta manus, per turpes condita lusus,  
quis scelus hoc vidit, quale tibi vixit.

Crimen commissum, non passus Christus inultum,  
nam ter vicinus, iustus erat Lanius:

Ut surgens tandem, cultro mactaret eundem,  
quem quia mactarat, sic Deus ultor erat.

M.

Idem possit Munus?

Munio dat munus; qui spernat non erit unus:  
pat me munio, munera si tribui.

Si munit munus, venit a munimine munus,  
fitque secus munus, si dedit apta manus.

Idem possit munus respondeat omnibus unus,  
immundus mundus, cui dedit apta manus.

Omnia donamus mundo, cui participamus,  
quidquid in orbe vivet, quidquid in orbe viget:

Attamen hoc munus, totum rapiet, sibi mundus,  
omnibus exspolians, morteque nos onerans.

Munere, vel dono circumdabis omnia vallo,  
in domibus, bellis, munere tutus eris.

Si quis dona dabit, donis sua, seque iuvabit,  
dona placent dominis, dona, placent miseris.

Donis vis sapiet, stultus quoque munere gaudet,  
iras qui fovit, munere mitis erit.

Dicitur a do, do, quidquid dabitur tibi dono,  
per multum do, do, gratus eris domino.

Te pro delicto salvabis munere, dono,  
dona quibus tribues, dant facies hilares.

Omnibus est gratum, munus regit omnibus aptum,  
nullis, qui sapiunt munere dissipant.

Uvae ptece non poteris, facias tibi commoda donis,  
munera dum praestas mollia verba paras.

Non promittentis, sed res est plurima dantis,  
plurima nam poteris, munera si dederis.

Munera si dederis foelice acheronta movebis,  
iniustum, iustum sic faciendo visum.

Est via tartareas, quae fert acherontis ad undas,  
si donum dederis propter iniqua vitis.

Non vult infestum titulum vult munus honestum,  
iustum pro iusto vult dare iustus homo.

In toto mundo vincita est sapientia dono:  
dona placent iuveni, dona placentque seni.

Iuppiter ipse suas cum iam vult mittere flammam,  
vidimus ob donum, sustinuisse manum.

Ipsi crede mihi placentur munere divi:  
placatur donis Iuppiter ipse datis.

Quid faciet parcus? si gaudet munere largus,  
iustitiae percunt munere, parta ruunt.

Moribus haud charum sibi prodigus odit avarum:  
attamen hunc qui dat parcus avarus amat.

255  
✓

Idui spernit munus, non est in millibus unus,  
quem prece non flectes, flectere dando potes.  
Munera dant aptum, dimittunt munera captum,  
expugnant validum munera praesidium.

Quid non argento, quid non corruptibus auro?  
qui maiora dedit munera victor erit.

Idui dare conseruit citius quod poscit habebit,  
supplex charta iacet, quando crumena tacet.

Munera lascivas corrumpunt saepe puellas,  
quasque preces nequeunt flectere, dona queunt.

Munera quando sonant, sonitum cito tympana donant,  
vult robur bussae, vulgus amicitiae.

Munera per gentes, corrumpunt undique mentes,  
si dare multa potes, quidquid avebis habes.

Si quis donat equum, non quaero in dentibus aequum,  
erit semper reclus taliter emptus equus.

Parva manus pueri modico solet asse replevi,  
magnos magna decent, parva minora tenent.

Uxor, equus, vestis si sunt concessa molestis,  
cum damno redeunt, si tibi non peseunt.

Idui non donabit, plus, quam natura rogabit,  
dives durabit: cur? quia recta dabit.

Munera cur numeras, miseris, quae paucula donas,  
nam Deus haec ut amat, numerat, ut numerat.

Sive quid accipiam, seu dem, cur porrigo dextram?  
ne mea quid faciat dextra, sinistra sciat.

Utraque mundatus dum palma palma lavatus,  
praestant saepe duo, quod nequit unus homo.

Munera qui militi cupiet maiora remitti  
nullus vult ob spes perdere vanus opes.

Plus valet in manibus passet, quam sub dubio quis, 256  
hoc non exspecto, quod manibus teneo. ✓

Ut se non fraudet, praesenti Ecclesia gaudet,  
dent hodierna mihi, crastina cedo tibi.

Per multum cras, cras, tacite dilabitur aetas,  
cras do non hodie, sic nego quotidie.

Iduae cito, quae tenere promittunt unus et alter,  
ut raro praestant, turpius illa negant.

Nil dant mentipetae, nil portant praeter Aetate,  
et bene tractati, sunt velut ante mali.

Qui tacet ut mutus, non est ad munera tutus:  
non contradicens dicitur esse sequens.

Si rapere est hominum, virtus donare deorum  
nunquam tam paucos credo fuisse deos.

Pauperis in mensa votum, non fercula pensa,  
accipias avide quod dabitur placide.

Et minimum laudes, quod donat fidus Achaes,  
non quae sint, sed qua suscipe mente data.

Disce bonum fieri, bona si nequeas operari,  
stant, et pro facto verba benigna modo.

Set cor syncesum, cui non est copia rerum,  
nam cor non minus respicit ipse Deus.

Si cor dat chesum dulcescet munus amatum,  
vere syncesis dulcor inest animis.

Palmae quando datur, palmae quid restituatur,  
pondus curatum beuulat omne datum.

Gratia quando datur, studeas, ut restituatur,  
gratum pro grato munus amabit homo.

Non quantum dederis, da quanta mente teneris,  
placat et immensum victima parva Deum.

His non spondebis, quod mosc praestare valebis,  
his das cum cito das, dando caveto motas.

Gratia nulla datur si munere munus ematur,  
non dicet quare, qui velit apta dare.

Da cito, da gratis, da congrua munera factis:  
si dare non poteris munera, verba dabis.

Da tua dum tua sunt proh morsem iam tua non sunt,  
munus deturpas inveniendo motas.

257 ✓

1934

Si des plorando, perdis tua munera dando:

vultu da laeto, quae mihi pauca peto.

Si dare promittis, sed tarde munera mittis:

te quoque tardabit, qui tibi tarda dabit.

Cras inquis faciam, sed bullit Jupiter horam:

quovis fac hodie, non redeunte die.

Dandi fac mores, dantis cito munus honores

munus honorabit, qui cito dona sapit.

Absque mora dones, donant velociter omnes:

qui laudes optant, ut bene proficiant.

Idui cito dat bis dat, qui tardat munera nil dat:

plus valet hoc tribuo, quam tribuenda duo.

Iduod datus ex manibus, tale aridet mihi munus:

pat erit et retro, qui dabit apta cito.

Alternando boni sibi donant munera amici:

da quandoque tuum, si vis habere meum.

Des munus gratus sic rempe dator fit amatus,

sic poteris pro te munere proficere.

Idui bene vult aliis, poterit succurrere multis:

velle tuum fit apere, nulle tuum fit abere.

Idui dare vult aliis, non debet dicere, multis?

ne perdat ei res, meritumque rei.

Primo parva dabis, sed post maiora rogabis:

fac bene servitium, non perit omne bonum.

Munera des laetus corrumunt taedia pectus,

magnus ad omne valor, muneris extat amor.

Debita solve citus, ne damnicetur amicus,

debita qui cito dat, munera magna parat.

Idui cito non solvit proprio se crimine volvit,

solvere dissimulans, est sua damnicans.

Mutua quae debes ridendo solvere debes,

sic exsolventi plus dabitur fidei.

De minimis rebus non curat praetor honestus:

quod multum importat solvere praetor amat.

Idui negat absque mora, quasi quid trahisset honore,  
est in se propterea nunc odiosa mora

Dans ut reddatur tibi, iuste decipiat,  
non donat verus sic, ut aletur herus.

Idui bene divitias inopi donavit honestas,  
pauper ob id non fit, sed bene dives erit.

Cum tibi plus fedit, Deus a te plura requirit:  
cui plus committit, plus ab eo repetit.

Ni bene donetur non gratum munus habetur,  
formula servetur si quid et unde detur.

Dat caro, dat mundus, Daemonque dabit tibi munus,  
dum cupiunt facinus, vel dare mortis opus.

Dum caro blanditur, tua mens, ratio sepelitur,  
hoc carnis donum tu fuge mortiferum.

Dat tibi delicias mundus pro munere falsas,  
nam subito rapiet, quas dabit et tribuet.

Daemon ad interitum tibi semper vult dare donum,  
fallere te tentat munere, quod tibi dat.

Si dabit munus per quod fit criminis usus:  
dans, et accipiens fiet uterque nocens.

Ob nequam facinus non da non accipe munus,  
debet honestatis munus habere satis.

Daemonis est moerbus, sed nunquam finis honestus,  
ut perdat tribuit, sic nocet, et nocuit.

Est foelix nimium qui donum spernit iniquum,  
ut munus capias, crimina non facias.

Medicus tibi sit bonus unus. 259

Hoc nomen medici descendit ab arte medendi,

qui medicus vixit, primus Apollo fuit.  
Chiron Galenus Podalirius, atque Melampus,  
ut res procebat, quisque peritus erat.

Nullus praescribat, nisi morbum sat bene noscat:

Cognitio morbi formula sit medici.

Inspicit urinam medicus propter medicinam,  
vel propter morbum, quem not? hinc varium. ?

Iduale, quid, et quando, quantum, quibus, ubi, pro quo: —  
haec servent medici, ne litubent modici. —

Herbarum vires medicus cognoscat et artes,  
saepe ingens herbis vis latet in modicis —

Fortunam medici dabit experientia morbi: —

dum licet expertum sume tibi medicum. —

Tollere scit medicus flamantes pectoris aestus,  
si scit ut antiquus temperiem medicus. —

Scitque salutiferas membris adhibere medellas,  
si callet morbum, mortiferumque statum. —

Ignorant praesim sacram tantumque synaxim  
persuadens medicus, fit sibi sat modicus. —

Decumbens longe medicis dat munera prompte:  
decumbens brevitat, dat medicis leviter. —

Factus es infirmus, medicus tibi sit bonus unus —  
cum multis medicis, te cumulas modicis. —

Vix aliquando tenet morbo curabitur aeger,  
si multis medicis creditur una febris. —

Dum languet Cræsus, dum pauper languet et Itrus,  
quem curat melius, dic mihi num? medicus? ?

Divitis in cura longa esse solet medicina:  
pauperis in cura est medicina brevis;

Hinc decumbentes melius curabit egentes,  
quam curat dites multiplicando dies. —

Prolongant medici ditis contagia Cræsi,  
ut valeant magnum conglomerare luctum: —

Abbreviant medici modo curam pauperis Itri:  
ne perdant lucro tempore pro modico. —

Divitis aegroti res est, ut litigiosi,  
ut faciunt medici, sic quoque cauidici. —

260  
✓ ?

Est medicinalis medicorum regula talis:  
ut dicant da, da, dum citat aeger ah! a! ?  
Doctus ab infirmo medicus minus unctus avaro,  
mutuat, et solvit sic sibi, quod voluit.  
Mutra sat cautis medicis nondumque solutis:  
perpetuus si des creditor esse potes.  
Immundi medici mundant Massupia lacti  
sit male sit melius lucre petes, medicus.  
Mors, Mars, cum medicis faciunt contraria cunctis:  
Mars, medicus fallit, mors manifesta facit.  
Tempore non apto, nullum medicamen amato,  
Omnia nunc aptis sunt facienda motis.  
Infirmis prope solet omnis morbus adesse  
sed novit tarde morbida desere.  
Nisam consumit, quisquis male pharmana sumit,  
utque aliunde solent, paepius illa nocent.  
Ut medici plures, medicinae sicque frequentes  
sunt morbis nostris perniciosi animis. ?  
Magnis in morbis medico promittitur orbis,  
ex multo nil fit, si cito morbus abit.  
Nivere vis longe medicos multos fuge prompte,  
qui nimium medice vivere vult modice.  
Contra vim mortis non est medicamen in hortis,  
fert tandem tristem mors inopina diem. ?  
Non est in medico sequet melius sit ut aegro,  
nam docta interdum praevalet arte malum.  
Est nimium sanus, qui non vult vivere sanus,  
omnis qui vivit sanior esse cupit.  
Saepius aegrotat, qui multo tempore potat,  
ut sic sana sequens non bibe vina frequens.  
Non cuiusque levi medico ped crede fideli,  
non quivis medicus cui medicina scopus.  
Dat medico florem, naturae noscere morem,  
quem qui non noscet, nil bonitatis aget. —  
261 ✓  
198



Est in natura medicus bonus omnibus apte,  
sed cito corrumpis pluribus hanc medicis.

Nuper erat medicus nunc est vespilo Diavulus  
ut fecit modicus, sic fecit et medicus.

Infimos longis non vult affligere curis:  
sed celes absolvit, nunquid amanter agit?

Somniferum misero potum pottererat aegro,  
et sine mente caput nunc bene dormit adhuc.

Aluidam sanus erat, sed sanior esse volebat,  
et cito per medicum decidit in tumultum.

Mendicus fueras, mendicus modo pharmaca maras,  
vix nomen varias, et medicamen amas.

Pharmaca das aegro, simul aeger te involuit auro,  
tu illius morbum, curat et ille tuum:

Cui patiens scilicet medicorum dicitur aeger?  
impatiens morbi, fit simul et medici:

Aeger si patitur, patiens utrinque vocatur,  
nam plus quam morbus, torquet eum medicus.

Accipit oblatum medicus dare non solet autum:  
pharmaca sunt aegri, munera sunt medici.

Accipit, et recipit medicorum regula poscit,  
aeger habet peius, sed medicus melius.

Theologus sapiens sapienter ad omnia tendens,  
iudicis prudens, sit medicusque sciens.

Saepe senex morbus, morbusque fit ipsa senectus,  
ego cupit morbum, qui cupiet senium?

Idemque senectutem, sed nemo vult mihi mortem:  
vult ergo morbum, qui mihi vult senium.

Ne tibi sint tristes dimitte machaonas omnes,  
naturae doctor scilicet erit melior.

Propter peccatum venis quod erat calefactum,  
improbus in gelida mergitur orbis aqua:

Propter peccatum frigentis amoris in aeternum  
restat ut hunc mundum flamma voret gelidum;

Per sua sic medicus curat contraria doctus,  
 algot iness flammis, vincitur arbor aquis. ✓  
 Est consultorum similis status et medicorum,  
 damna quibus licito sunt aliena lucro;  
 Infirmis isti, camporum litibus illi,  
 dant patientes opem, dum potiantur opum.  
 Qui fuerit dives medici petat aere salutes,  
 pauperibus medicus: campus, anus, fluxius.  
 Semper honorato medicum, nec caedere amato,  
 ut sibi succurrat quando palus titubat. ?  
 Empta solet esse multum medicina iurare,  
 si dabitur gratis, praebet inane satis.  
 Non bene proudebit, potu quicumque carebit,  
 non ? quod sitibundus edit ?  
 Non omne est saluum, temere quod mittis in aluum,  
 ut quandoque docent fescula saepe nocent.  
 Id uol tibi fit sanum comedas non quotidianum,  
 non quale aridet, quod sapit hoc nutriet.  
 Doctore patet, nec multum quaerito quare?  
 fit causa ex tenui nunc oris exca lupi.  
 Furum non facies, iuristis scribitur haec lex:  
 occidas nullum, pertinet ad medicum.  
 Se fingit medicum dum uult idiota peritum,  
 Iudaeus vanus, ludio, risot, anus:  
 Miles mercator, credo, nutritor et arator  
 iam paruum medicos se faciunt modicos.  
 Praestant antidotum contra lethale venenum:  
 allia, nunc ruta, nunc pyra, theriaca.  
 Scrofa, tumorque ulcus cedunt cataplasmate ficus,  
 iunge papaveris, sic trahet ossa rei  
 Omnibus assuetam iubeo seruare dietam,  
 est melior medico uera diacta modo. ?  
 Se non uult sanum cui nulla diacta per annum,  
 hanc qui non curat se citius tumultat. —

Labia cum suta facient tibi pocula tuta, 263  
purgatus stomachus nunc comedit melius. ✓

Ex desiderio poteris cognoscere multo,  
an tibi sit vacuus pro dapibus stomachus.

Lotio post mensam merito non spernitur unquam,  
palmas mundificat, lumina clarificat.

Quatuor ex vento veniunt peiora retento:  
hydrops, et spasmus colica mos faticus.

Inter prandendum sit saepe parumque bibendum,  
ut minus aegrotet tu mea dicta notes.

Vespere, mane lauro dentes digito rhodiolo,  
unda non gelida, sed calida aut tepida.

Iugens ad mollicum spatior, post recessu visum,  
lotus sternuto, pectoque si potero:

Extends corpus, post induos, et bene totus  
facio, quae facienda sus.

Ex magna caena stomacho fit maxima poena,  
ut sis nocte levis, sit tibi caena brevis.

Ut vites poenam cum potibus incipe caenam,  
Hippocrates testis si modicum bibitis.

Frigerit stomachus nimio potu madefactus  
abstineas prorsus sic bene cedit opus.

Autumni fructus caveas ne sint tibi luctus,  
temporibus veris te moderato cibus.

Omnis edat tute, quantum vult tempore brumae,  
vult calor aestatis ferula pauca patis.

Vult aestivalis morbo claviget esse V dualis,  
sed cocus partis unicus esse satis.

Cocum brumalem passim decet esse dualem  
prohbat esse unum brumaeque clavigerum.

Mingere cum bombis est res permississima lumbis,  
lote pedes recrea.

Sunt varii medici, varii quia sunt quoque morbi  
quo morbus peior, sit medicus melior.

Præservativa sint balnea pro medicina,  
temporibus tutis, ipsa secanda cutis.

Corporibus prosunt, sed balnea visibus obstant,  
balnea dum curas, qual moderata bibas.

Tuque novellatum fuge potum cervisiatum,  
vulnere qui portat, balnea non adest.

Mane petas totum, post balnea quaere calorem,  
quem dentes vexant, balnea mortificant.

Quantumcumque potes, modicum post balnea potes:  
balnea vitabis si dolor est capitis,

Dentes adimplectus post balnea fit sibi moestus,  
nulla velut constat balnea febris amat.

Ut sibi des morem, post balnea quaere saporem,  
frigida dum fugio balnea mixta probo.

Hoc facienda tibi, dum quaeris phlebotomari,  
qual mando prompte mente tenere bene:

In luna plena non tangatur tibi vena,  
in senibus pueris nulla secanda cutis.

Post venam sectam nullus properabit ad escam,  
frigida lex cavet, nec cibus antea erit.

Vel tollat duplex, reliquum tempus sibi simplum,  
aestas vult dextram, scindete hyems aliam.

Omni mense probe confest incisio venae,  
temporibus veris vena secatur heris.

Illi scindunt venas tollunt de corpore panas,  
lumina clarificant, trispha laetificant.

Immaturalem tollunt de corde dolorem,  
itasos placant, et cerebrunt recreant.

Si medici non sunt, quatuor prodesse supertunt:  
mens hilaris, vixes, pacca diæta quies.

Si vis longævum si vis te reddere sanum,  
curas tolle graves, ira sit inter aves.

Despere sarme patum, romnum fuge lucis amatum,  
post epulas surpas, et moderata bibas.

264 ✓

Nec retine mictum, nec comprime fortiter anum,  
tristia non vigeant, lacta subinde fluant.  
Hoc bene si serves, tu longo tempore vives  
et crescent vires, qual fuerant tenues.

N.

## Mos Naturarum.

265  
✓

Dat mos nascendi, naturae nomen habendi,  
est a natura res quasi nata sua:

Hinc per naturas, quasi res intelligo natas,  
quae sicut durant, se minime variant.

Plus ego naturis fido quam mille figuris,  
illae perdurant, se tamen haec variant.

Si quo directum caneris inducere gressum,  
tunc et naturae vim quo corrigere.

Mos dat naturae, quae nescio discere iure,  
quod natura dedit, tunc modo semper erit.

Tam male nil natum, quin secum portet amatum,  
viscum qui capiat frigida bruma parat.

Se curvum praebet quod in unum crescere debet,  
qualis erit coeus tale parabit olus.

Urit mature, quod multo nitica manere,  
fractio nunc sturis cernitur in caligis.

Cautus homo cavet, quotquot natura notavit,  
et Daemon claudus mortificat gravius.

Intima per mores cognoscimus exteriores,  
multu talis eris, qualia mente geris.

Dichotum multum sequitur discordia morum,  
falax hirsutus, prodigus est fatuus.

Inconstans oculis ipsis inimicus amicis,  
tunc multo ut morcat, lumina dum variat.

Multa susurrantes mendacia sunt cumulantes,  
occultus sermo vix erit absque dolo.

Scandala te vere calidum, tubumque dedere,  
nam prodit facies pessima quae facies.  
Degeneres trepidant, seupet maioraque versant,  
nam pro delicto pace carebit homo.

Calvo virutes, variae sunt atque salutes:  
est verax, gaudens, est hilaris sapiens.

266

Nunquam calve meos potui numerare capillos,  
nec tu /: nam nulli: / seis numerare mihi;  
Ex quo decussi tibi sunt de fronte capilli,  
perpetuae frontis iam caput instat alis:  
Iduanta tibi frons sit: cum nulli dicere possis,  
fronti nil postum credere sicque patum.

Maturam paucis contentam tu bene dicis,  
sed male quis parcam damnat avaritiam;  
Iplus enim parcus nullo satiatur avarus:

huic modo nil satis est, illi aliquid satis est.  
Commoda naturae praestabunt omnia iure,  
si tibi sufficient, quae moderata petent.

Utare sic propriis ut non egeas alienis,  
nam tua consummens non tua fit cupiens.

Sit natura tuis paucis contenta quibusvis,  
seupet pro Christo mortificanda caro:

Nec sis carnis amans fidei ieiunia servans,  
sed semel in reliquis se satiato cibus.

Est alter carnis qui debet, et abstinet escis,  
cui datur in reliquis saepius esse satis.

Ut fidei iussis facias satis hoc sit amissis,  
si nil manduces, dicitur esse famas.

Ut bene ieiunes pariter te a crimine mundes,  
perdere vult meritum, qui repetis vitium.

Debilitant ventrem, parcunt ieiunia mentem,  
est virtus licitis abstinuisse cibus.

Mente tamen vera seupet ieiunia serva,  
pant esc natura nam tibi proficua.

Cursus naturalis modo corrigitur ratione,  
naturale sequens est ratione carens.

Ninum laudo vetus, sed non laudanda senectus,  
quae cunctis faedo stat maculata probo.

Semper turpe viro muliebri incedere voto,  
molitia et evulsis redere stura pilis:

267  
✓

Saepe prodititiam mulier vicina sinistra  
reddidit, et castis facta ruina viris.

Virgineum florem qui vult servare pudorem,  
brevitibus ludos faemineosque choros

Sunt sensus hominis quini, quos condidit orbis  
indidit, a quinis vincimus atque feris:

Nos apert auditu praecellit, aranea tactu,  
linx visu, sic tres non superant homines:

Nupter odoratu, superat nos nimia gustu,  
haec si vis sensu vincere flecte genu.

Semper primorem turbat tibi servat amorem,  
amittendo matrem nescit habere patrem:

Idem faciunt bigami thalamo quoque quid maculati?  
quos avis ista docet quae ratione caret;

Op veteris duxum porci, sed non bene putum,  
turpe penilis odot, turpe penilis amor.

Sic flectit vitam natura ut aranea telam,  
in lapsum fateor, pronus uterque labor.

Cui asinum vocito profius quam nomino? dico:  
dantur non arinis, nomina dantur equis.

Moribus adversum sibi prodigus odit avatum,  
cui illum qui dat parcus avatus amat?

Si gratis munus capiet nunc muncus avatus,  
centimanus tibi stat qui modo mancus erat.

Si tamen exspectes munus pro munere ut est res,  
centimanus si sit, iam tibi mancus erit.

Quatuor ex puris vitam ducunt elementis:

halec, palmadon, talpaque, chameleon;

205?

Hal? unda gaudent salamandraeque flamma,  
talpa solo, nec non aere chameleon.  
Mulus dat fucum dat apes bos? ?  
dat verpas asinus, stercore stercoribus.  
O! homo si scires, qual nunc faciunt mala glires,  
nunquam dormires, continuo caperes.  
De cane laudando quatuor sibi singula pandis: 268?  
proh dominum clamat, quem vehementer amat.  
Aedes custodit fures latrandoque prodit,  
lingua fit? vulneribus medicus.  
Clasius hoc egomet scio, qua me calcens urget:  
naturam sentit, quam sibi quisque gerit.  
Decoquit argentum chemicus quoque decoquit aurum,  
dilapidat lepidus se, sua pro lapide.  
Odesunt tristes hilarem, Aristemque procaeres,  
pedatos celeses, et stupidos agiles.  
Ex verbis fatuos, ex aure tenemus asellos,  
nec manet in fatuo sollicitudo morbo.  
Linguam cum manibus nescit componere stultus,  
in multis verbis tu quoque stultus es.  
Insipiens fatuus subito quidquid meditatur,  
non celat stultus qual tenet ima sinus.  
Offendit multum qui corrigit ad bona stultum,  
sicut laetatur, dum sibi sermo datur.  
Avertet multum, nec te dimittet inultum  
si stultum damnas, nec sua fata probas.  
Per risum multum poteris cognoscere stultum,  
est mos in natae plaudere stultitiae.  
Prudens prudenti, stultus placet insipienti,  
pectoralis crecit, quale forum fuerit.  
Somnia ne cures; nam fallunt somnia plures,  
deludent multos somnia saepe viros.  
Somnus longus obest, brevior pro tempore prodest,  
qui multum dormit, saepius ille bibit.



Hal? unda gaudent salamandraque flamma,  
talpa solo, nec non aëre chameleon.

Mulus dat fecum dat apes bos? ?  
dat vespas asinus, stercore stercoreibus.

O! homo si scires, qual nunc faciant mala glives,  
nunquam dormires, continuo caperes.

De cane laudando quatuor pili singula pando: 268?  
proh dominum clamat, quem vehementer amat. ✓

Aedes custodit fures latrandoque prodit,  
lingua fit? vulneribus medicus. ?

Clarius hoc egomet scio, qua me calcens urget:  
maturam sentit, quam sibi quisque gerit.

Decoquit argentum chemicus quoque decoquit aurum,  
dilapidat leptide se, sua pro lapide.

Odesunt tristes hilarem, hostemque procaeres,  
pedatos celeses, et stupidos agiles. —

Ex verbis fatuos, ex aure tenemus asellos,  
nec manet in fatuo sollicitudo morbo.

Lingvam cum manibus nescit componere stultus,  
in multis verbis tu quoque stultus es.

Inspiciens fatuus subito quidquid meditabatur,  
non celat stultus qual tenet ima sinus.

Offendit multum qui corrigit ad bona stultum,  
sicut laetatur, dum sibi sermo datur.

Avertet multum, nec te dimittet inultum  
si stultum damnas, nec sua fata probas.

Pet risum multum poteris cognoscere stultum,  
est mos in natae plaudere stulticiae. ?

Prudens prudenti, stultus placet insipienti,  
peccigal crescit, quale forum fuerit.

Somnia ne cures; nam fallunt somnia plures,  
deludent multos somnia saepe viros.

Somnus longus obest, brevior pro tempore prodest,  
qui multum dormit, saepius ille bibit. 269

Ad tribulus asinus sua omnia vertit onustus,  
omnia de caeno suis tenet esse suo.

Venator dormit dum languida membra reponit,  
mens tamen in sylvis saepe vagatur atris.

Caepius optatum praetendunt omnia fatum,  
constat per somnum magna parte Deum.

Somniat infantum cui dat phantasma prophanum  
ex ante impressis, et nimis imbibitis.

Sunt ex natura phantasmatis omnia iura,  
in solo somno quando silet ratio.

Proper matrem nullam servet sibi duram:  
si quis invitat pariter excipiat.

Hospitii rector semper sit lactus ut Hector,  
ut Job sit patiens, atque Lybilla sciens.

Hospes honoratur, quisquis de more vocatur,  
hospite non sit egens hodie carere valens.

Assideat valvae non invitatus honeste  
poli nunc honor est, qui vocitatus adest.

Quando prandetur, primo sine voce tacetur,  
postea deus fit comedens post bibo multa loquens.

Si convivaris caveas ne multa loquaris,  
nam papit ille parum qui loquitur nimium.

Quod iubet hospes agas, si non vis tollere plagas,  
et reddas cunctis savaia verba viris.

In mensa manus, sed non animus sit amatus,  
nec pedes strictus, nec nimium patulus.

Pocula dum sumis per honestis sumito labris,  
nec nimis ad natum pocula trade tuum.

Nec imapa dentes tergas, oculosque fluentes,  
et simul ut comedis non bene vina bibis.

Cingula laxabis post mensam, quando meabis,  
ne phictus venter mortificet graviter.

Munditiae placeant, te turpia corpora foedant:  
sis bene conveniens, et sine laebe loquens.

269

✓

—

—

?

?

Munditiae sunt aures, careant subigine dentes  
 nec vagus in laxa pes velit esse via. ?  
 Saepe lavas dentem, non turbant iurgia mentem,  
 utaque suscepta mane laventur aqua. ?  
 Non sint turgentis, sed sint sine sordibus ungues,  
 inque cava nullus stet tibi mare pilus. —  
 Conciliet rigidos tonsura reperta capillos,  
 sit coma sit docta barba respecta nota. ?  
 Non sit foetenti quis hirsutis anheliatus ori,  
 ne laedant nates faemina virque pares. ?  
 Sint rons molici sermonis signa iocosi, — 270  
 qui dentes extant, imma labella tegant — ✓  
 Non in clamoroso contendant ilia mento,  
 sed leviter durent, faemineumque sonent.  
 Est incedentis pars non postrema decoris,  
 allicit ignotos exhilaratque viros.  
 Carpe cibos digitis, est certus gestus edentis,  
 nec coram dentes perficuisse probes. —  
 Semper certa tibi vigeat mensura bibendi,  
 praestent officium mensque pedesque suum. ?  
 Iurgia praecipue caveas vino stimulantem  
 et nimium faciles ad fera bella vices.  
 Spectantem spectes vident mollia dices,  
 sicut et accipies tu quoque redde vices. —  
 Caecos cum claudis in fine venise videbis,  
 absque canisterio stat male caecus homo.  
 Caecus inops dictus quamvis variis sit amictus,  
 exit caecus homo, cum duce vel baculo.  
 Res naturales dicunt mea caecumina plures,  
 sed naturalae res haec tibi sint graciles. ?  
 Si venti flamen frondes cum ? stramen,  
 festucasque rotat, sat pluviosa notat. ?  
 Si montes scandunt nebula, pluvias tibi pandunt,  
 si montes radiant tempora clara notant. ?

- Si male claudenter, quae cardine pensa tenentur,  
 ante fores credas aër habet pluvias.
- Si non sunt tactae chordae, sed cuncta cito fractae:  
 dicere tunc fas est: humidus aër adest.
- Si se cum rixis claudit tua lixae physcis,  
 campis non modicas arbor dabunt pluvias.
- Iupiter humescit, si sal in vate liquescit,  
 si sudat lignum tempus erit pluvium.
- Primum mitescens imbet, cum tempore crescens,  
 per multas horas protrahet ille moras.
- Si non splendescat, tamen unda quieta calescat, 241  
 aër qui claret signa madoris habet. ✓
- Corpore non laxo si se conchyliis saxo  
 figant, venturas iam metuent pluvias.
- Si lanæ laeant, voces versusque coeant,  
 longos abs modis, et hinc coniugis,
- Umbrem sentiscunt, quando arida terra fatiscunt,  
 ni ludant primo pro sibi coniugio.
- Si sese exaltant, laetique per aera saltant  
 pices extra undas indignant pluvias.
- Si nubes terrae multa incubat, humida ferre  
 tempora consuevit, credere quoque velit.
- Venti haud ringentes, auramque hinc inde moventes,  
 se cito mutabunt, et pluviosa dabunt.
- Non sunt aestatis verisque tonitrua gratis,  
 nam cauant auras saepe sibi pluvias.
- Nubes humentes, densae paturaeque vitentes,  
 si sint ceu fractae tempora dant pluviae.
- Si sunt densae, ut? tenebrae super aethera fusae,  
 aurasque accedat, pat pluviosa parat.
- Si multum spirat longo et se tempore gyrat  
 Aeslus australis dat pluviosa satis.
- Imbet post diras si turbinis insperat iras,  
 mores iratos temperat Aesleos.

Lucifer imbre furat, non longo tempore durat,  
Hesperus imbre madens, lucida fit faciens.  
Si coelum humescit nubes quoque macra nitescit,  
et circum pallet, candida lux veniet.  
Si videas muscas per terras undique fuscas,  
solis ad occasum, praeveniunt radium. ?  
Si resonante tubo, serpens modulamina Bubo,  
voce canens proinat, tempora clara notat.  
Mili ludentes, simul et sua metra canentes,  
insinuant stilares, Phaeberas facies.  
Nese velut multos transire per aera tutos,  
quando quae cernes, solis erunt acies.  
Si non surgit humo nubes velut obita fumus,  
sed mox pertransit, lumina solis alit. 272 ✓  
Lactea si luescit via, nimbos non tibi ducet  
fulgens nocturnum, sydus alit radium.  
Si nascens scindit Sol nubem, et lumine findit,  
per tenuem, coelum perficiet sublim.  
Si sibi sit surgens Sol nullo flamine turgens  
pulcher iucundus, nube carens viduus,  
Echilans mentem, noctemque diemque sequentem,  
tempore dat campis omnibus apta satis.  
Si pluvia est mollis, ventisque et flamina folli  
leniter aspirant, nubila se retrahent. ?  
Flammae si pallent, quasi vitam linquere mallent,  
Sol non videbit, sed pluviosus erit.  
Mille parit dives rerum natura colores:  
sicut res variat, sic variis cumulat.  
Index moestitiae, pullus color est odiosae,  
nihil hoc moestus, tum damus exequias. ?  
Lyncis animis quadrabit candida vestis  
sic pindon locis candida grata viris. ?  
Sed sperare docet viridis color ut bona vobis sit,  
in viridi campo spe nutritus homo.